

PARACELSICAE CHE-
MIAE DE TRANSMUTATIONI-
BUS METALLORUM.

Præfatio ad lectorem



*M*nis operatio proprium requirit ordi-
nē, sine quo pulcri laudatiq; nihil perfici-
tur, quod ullā utilitatē adferre queat
hominibus. Quid in hac vita quæso cō-
fusione potest esse perniciosius? Nunquid
scimus hanc perdidisse mundum ab initio, cujus adhuc
vestigia magno plurimorum malo sunt ob oculos posita,
ut nihil non corruptum cernere liceat ubique gentium.
Cui vis igitur bono viro, & Christiano in primis rejiciē-
da summeq; vitanda, maxime quod ex inimico Dei ho-
minumq; prodeat. An putamus Deum Opt. Max.
frustra primum, in condendo hujus mundi fabricam,
ordinem servare voluisse? Hunc nobis dubio procul me-
ditandum, non modo cernendū proposuit. Si probe co-
gnitum esset quanta hinc nobis utilitas, quāta doctrina
obtingere potest, nullos alios libros, nullos Doctores eo præ-
ores, qui testimoniū veri solus perhibet in cordib. nostris,
optaremus. Hic nos docet in pace, qui pacis est auctor,
querere potissimū ordinē, qui si servetur, pacifica simul
atq; trāquilla futura sūt omnia. Cōtra cū violatur, mox
est præforib. nobis discordia per cōfusionē. Hinc est quod
Dominus noster Jesus Christus, pacē toties discipulis suis
inculcās, ab eis quoq; recedēs pro testamento reliquerit,
ac nobis in unione. Pacem meā (inquit) do vobis, pacem
meā relinquo vobis. Quid aliud sonāt ista sacratissima
verba, quam si audiamus, estote uniti in me, sicut ego &
pater meus unū sumus? Alia sane via nō possemus uniri
quam pace, quæ consistit in ordinis observatione divini.
Tenendus est igitur in omnibus operibus, sive spirituali-